



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Summula clarissimi iurisco[n]sultissimi q[ue] viri
Raymundi**

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Qui dicu[n]tur furtive recipere ordines

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

Summula Raymudi.

L Tercio notandum, quod illi dicuntur ordines recipere furtive quod non recipiunt eos eo modo sicut institutum est ab ecclesia, sicut si quis accederet ad ordines sine exemptione, vel si quis eodem die reciperet duos ordines.

L Ultimo notandum, quod iste de furtive recipere ordines quod est in sententia anathematis, quod agit contra mandatum ecclesie. Et hoc est duplum, quod vel talis manet in seculo vel non. Si non manet in seculo ita quod intrat religionem, tunc dispusat cum eo episcopus propter favorum ordinis. Si autem manet in seculo, tunc episcopus non potest cum eo dispensare, sed solus dominus apostolus. Et etiam ille de non seruare formam ecclesie qui non intrat per ostium sed aliunde sicut fur et latro. Et ille tunc de furari sacros ordines quod eos suscipit absque determinata forma ecclesie. In scindendo quod vera et determinata forma in ordinibus sacris est ista. Primo ut quis exanimatur, sedo intitulatur, tertio proclamat, et deinde ab episcopo ordinatur. Et ergo qui non est examinatus vel intitulatus vel proclamat, si recipit ordines furatur ipsos. Itē si aliquis procedit ad sacros ordines sub titulo aliquius beneficij et non habet beneficium ille furatur ordines.

s' aliquis s' suo i. recedes.

M onachus ex clauistro fugiens, si presbyter hic est

s' ad clauistram i. tale officium diuinum

Et redeat, prohibetur ei celebratio missae

quasque priam agat i. dispenset

Donec peniteat et factum papa resoluat

s' tal' monachus sic quod non debet ministrare in ordinibus susceptis

Ant in perpetuum suspenditur ordine tanto

i. de his monachis i. apostatas

Hec his de claustris sunt scripta sivos fugitiuos

i. quis abbas excusat, s' monachos i. autoritas

Qui damnare solent vos soluit gratia pape

Prius auctor determinauit de ordinibus sacris, hic determinat de monachis ex clauistro fugitiuis. Et dividit in duo. Primo determinat de monachis fugitiuis ordinatis in presbyteros. Sedo de non ordinatis in presbyteros. Scdm ibi (Si fugit ex clauistro) Dicit ergo papa quod monachus presbyter qui fugit de clauistro et iterum revertitur ad clauistrum, talis non debet celebrare missam donec peniteat et papa cum eo dispenseat de tali negligentia. Si autem talis est diaconus debet suspicere ab ordinibus, et non debet ministrare in suo ordinine nisi prius peniteat sicut decretum superioris sui.

L Quarto notandum, quod littera intelligit de his monachis quos excusat abbas illius clauistri, ubi tales monachi fugientes existebant, quod forte subtraxit calicem vel aliquid huiusmodi fecerat, et talis curreret de clauistro et iterum rediens non potest celebrare missam nisi prius fuerit dispensatus, et talis autoritatatem alii quoniam abbas potest habere a domino apostolo, si autem non habuerit istam autoritatem, tunc optet eum ire ad dominum papam, qui solus cum eo dispenseat. Dicunt enim aliqui quod in isto casu abbas illius clauistri possit cum eo dispensare. Itē tamen debet intelligi de istis monachis fugitiuis qui sunt excusat a suis superioribus, si autem huiusmodi monachis non sunt excusat, tunc eorum superiori potest cum eis dispensare.